



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.  
XII**

**Caesarius <Heisterbacensis>**

**Antverpiae, 1605**

De sacerdote Claustri, in cuius manibus infra canonem Christus visus est,  
cap. 28.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

& utriusque liberatio in nobis, significetur: Nec plus *Simile*  
 sub utraque, nec minus sub altera tantum sumitur hoc quid *Cy-*  
*sacramentum*. Eadem enim ratio est, ut ait Hilarius in *pr. ep. 70*  
 corpore CHRISTI, quae in manna praecessit, de quo *Exod. 16*  
 qui plus colligebat, non amplius habebat, nec qui mi-  
 nus parauerat, minus inueniebat. APOLLONIVS: Satis  
 de his expeditus sum. CAESARIUS: Non inutiliter his  
 præmissis videamus quantum gratiæ & gloriæ mereā-  
 tur sacerdotes dignè conficienes.

## CAPUT XXVIII.

**I**N Hemmenrode sacerdos quidam senex, Henrī- *Dignè ce-*  
*cus nomine, ante paucos menses defunctus est, vir lebrānū*  
*sanctus & justus, qui annis plurimis in eodem coe- meritum*  
*nobio fuerat Sacrista: hic cùm die quadam in choro & gra-*  
*Conuersorum ad altare sancti Ieannis Baptiste cele- tia.*  
*braret, quidam ex Conuersis circumstantibus Salua-*  
*torem in effigie hominis in manibus eius contempla-*  
*tus est: ipse tamen sacerdos non vidit. Hac mihi reu-*  
*lit quidam ex senioribus domus illius.*

## CAPUT XXIX.

**D**Vm in eodem Claustro, & ad idem, ut puto, al-  
 tare dominus Hermannus die quadam missam  
 diceret, Hēricus Cōuersus de Hart, cuius suprà  
 memini, in canone columbam miti candoris iuxta  
 calicem vidi residentem. Vedit & ante sumptionem  
 infantem pulcherrimum, qui ex manibus eius usque  
 ad summitatem crucis ascendere visus est: qui mox  
 descendens, sub specie panis a sacerdote sumptus est.  
 Ex qua visione colligitur, quod sub specie panis sit ve-  
 ritas corporis Dominici, & quod illa ineffabilis trās  
 substantiatio, autoritate fiat Spiritus sancti. Hermā-  
 nus verò visionem non vidit. APOLLONIVS: De malis  
 sacerdotibus quæstio mihi nulla est; quare autem bo-  
 ni sacerdotes eum, quem in altari esse credunt, non  
 videant, satis admiror. CAESARIUS: Ut non videndo,  
 sed credendo amplius mereantur. Fides, ut ait Grego- *Greg. ha.*  
*rius, non habet meritum, cui humana ratio præbet 26. in E-*  
*experimentum. Cùm idem Hermannus tunc Prior *uanc.**  
*existens in Hemmenrode, nocte quadam infra matu-*